

executor, si ad hujusmodi personales expensas manus apposerit.

Et illud amplius potest reddi exemplum; ut tunc dicatur limites rei iudicatae in liquidatione excedere executor, si facta expensarum condemnatione, damna simul sub liquidatione comprehendat, quoniam expensarum appellatione in sententia non veniunt damna, gloss. in l. i. ff. de alienation. iudic. ubi Alexand. in addit. ad Bart. & l. 3. Cod. de fructibus & lit. expens. Bald. in l. terminat. num. 12. in fin. versiculo modo quero, C. de fructibus & lit. expens. ff. in l. i. §. fin. ff. si quis jus dicit non obtemperavit, & condemnatus ad expensas non intelligitur condemnatus ad damna. Rebuff. in comment. ad l. Gallie. tom. 3. tract. de expens. damn. & interesse, articulo 3. gloss. unic. num. 6. & 7. & est gloss. in dict. l. i. §. fin. ff. si quis jus dicit non obtemperavit, & ibi Alexand. num. 7. col. 2. vers. & de materia. Socin. n. 10. & ff. n. 17. in d. §. fin. gl. in l. sancimus, & in l. properandum, §. fin. autem alterutra, C. de iudic. Petr. Sord. decisio 261. num. 1. ubi n. 2. unam ponit limitationem, & post eum Gratianus discept. forens. t. 1. c. 66. n. 43. cum seqq.

Hinc est, ut iudex reservans sibi taxare expensas, non potest taxare damna. Bald. in dicta l. terminato. & Ripa in l. 3. n. 9. ff. de damno infecto, & probare videtur gloss. in cap. dilecti, de foro competenti, ubi post eam notant Abb. & Felin. Boerius in decis. 53. n. 5. Afim. in praxi iudic. §. 32. cap. 4. n. 1. Petrus Sordus ubi proxime num. 3. & 4. & hoc procedit in sententia, quae est stricti juris, aliud vero est in contractibus, ut distinguat Archidiaconus in cap. in primis 2. questione 1. Rom. singular. 346. Afim. in praxi dicto §. 32. cap. 4. num. 3. Gratian. ubi proxime sub n. 44. Cardinal. Tusch. alios referens pract. conclusio. tom. 3. littera E. conclus. 637. num. 2. & 3. & ita intelligendum est, quod ipse Tusch. dicit tom. 2. littera D. conclusio 4. num. 2. allegans Alexand. consil. 34. in fin. lib. 3. Decius in cap. cum M. num. 3. vers. praeterea de consil. & in c. in nomine Domini, n. 15. de testibus, quod expensae litis dicuntur damnum, intellige quando per pactum alicui damnum refarciri quis promissit.

Aliud autem est dicendum, quando damnum virtualiter, & sub verborum involucro comprehenditur, ac subaudi intelligitur in sententia, prout quando res restitui iubetur per executoriales, executoremque non excedere, liquidantem damnum ipsius rei, ut integra tradatur victori, fufius disputando resolvimus, multa adducentes in comprobationem supra praeced. in ultim. quest. ubi commodius videre poteris n. 181.

Aliud non omitam exemplum, quod nostrae doctrinae tradit Sigismond. Scacia tractatu de appellat. quest. 17. limit. 10. num. 54. dum per dictam Rotae decisionem 100. ex novem part. i. divers. dicit, executorem excedere, quando liquidationem addiderit sententiae, quod n. 38. ad finem explicuit & exemplificavit, quando scilicet non litat res iudicata, nec condemnatio super fructibus & expensis, & executor vult addere fructuum, aut expensarum liquidationem, & per consequens novam condemnationem, ut tunc ab hujusmodi excessiva liquidatione licita sit appellatio quoad utrumque effectum.

Et quia per sepius repetitam Rotae Romanae decisionem 100. & Gratian. disceptat. forens. dicto cap. 333. numero 4. & alios Doctores superius adductos post principium hujus capituli, versiculo hanc nostram doctrinam num. 33. & vers. sequenti, hoc igitur saltem num. 35. aperte deciditur, non solum modis praedictis dici excessum, qui est de re ad rem, sed etiam quando in ipsa met liquidatione modum excedit executor, quod multis aliis causis contingere poterit, puta ordinem liquidationis permittit praeposterans, citationem omitens, legitimas exceptiones liquidationi con-

venientes non admittens, aut repellendas admittendo, quibus quidem in casibus excedere modum executionis mandatae variis in locis diximus, singulorum singula capita propria describendo, & nihilominus in praesenti non omitant exempli gratia ea, quae specialiter liquidationi conducunt, ut quae excessiva dicatur liquidatio, clarius pateat.

Sigismond. Scacia tract. de appell. q. 17. limit. 9. n. 15. & 41. & extra hos magnam regnicolarum catervam congerit Baldez in addit. ad Roderic. Xuar. & limit. 4. n. 1. & n. 2. littera B.

Et in specie, quod executor hoc casu excedat, probat post alios Joan. de Ferra. in tract. de appellat. c. 5. sub n. 12. ad fin. & n. 52. ubi dicit quod modus inter executum per executorem exceditur, ubi pars in casu quo adesse debet; non citatur per executorem; quod contingere dicit, quando in alia re, quam in qua sententia lata est, facienda sit executio, vel quando liquidatio necessaria est, & quod defectus citationis requisita in executione illam faciat appellabilem quoad utrumque effectum, plures Doctores restantur, quos nos retulimus supra hoc l. 4. c. 1. vers. quam executorialium expeditionem, &c. a num. 2. cum seqq. & vide quae c. 5. a n. 8. & supra.

Et erit notandum quod in hujusmodi liquidatione sicut probationes per testes, chirographa, & instrumenta, aut aestimatores, summarie tamen non servato ordine iudicii ordinarii, & ideo nec requiritur libellus, nec litis contestatio, cum simus in processu executivo & executione, cujus pars & membrum est liquidationis articulus incidens, sed cum primum petitur sententiae generalis executio, faciat advocatus interrogatorio articula circa damna interesse, pertinentias, & fructus liquidandos, docet B. in l. 1. n. 5. C. de sentent. quo sine certa quantitate; sequitur Roderic. Xuar. in l. post rem in declar. leg. Reg. limit. 4. n. 5. Escobar. in tractat. de ratiociniis c. 23. n. 22. post alios quos allegat larius Scacia tractat. de appellatio. qu. 17. limit. 9. n. 24. n. 28. n. 34. & 35. ubi loquendo in executione sententiae latae in iudicio generali aut generali, vel alio debito velato, in quo quis est condemnatus ad restituendam hereditatem simpliciter, quia tunc summarie admittendus est ad probandum, & verificandum quae bona pertineant ad hereditatem, vel de valore, quantitate fructuum, damnorum, &c. aut quae bona dicantur de pertinentiis, secundum ea quae inferius inferenda sunt.

Et loquendo tam in sententia generali petitionis hereditatis, & similium, quam in sententia quae condemnat ad rem cum pertinentiis, ut postquam probata fuerint in executione summarie, & extraordinario modo, sine litis contestatione, &c. res quae ad rem pertinentis principaliter, aut accessorie, super omnibus erit facienda executio sententiae generalis, ut post Innocent. in cap. cum ad sedem 15. n. 1. & 2. de resi. spoliat. Bald. & alii in l. 1. colum. 2. post. princ. ff. de edendo, & alios tenet Grat. in disceptatio. forens. to. 1. c. 133. n. 9. cum seqq. dicens n. 10. quod aliis nihil proficeret in iudiciis universalibus obtinere hujusmodi sententias, si non liceret isto modo extraordinario liquidare, & procedere ad executionem.

Pariformiter atque in hujusmodi liquidatione executor omni modo tenetur admittere omnes, & quascunque exceptiones admissibiles, & liquidationi attinentes, & tam ex parte actoris, quam ex parte rei, ut puta talis res pertinet ad hereditatem, vel non pertinet, vel comprehenditur sub pertinentiarum nomine, vel non comprehenditur, res est plaris aut minoris valoris, plus vel minus fructus percepti fuere, plus damnum factum fuit, vel minus damnum, & sic de singulis, ita sentit Bald. in leg. 1. Cod. de execut. rei iudic. & in leg. decem ff. de verb. oblig. Roderic. Xuar. in l. post rem. in declaratione leg. Reg. limit. 4. Covarr. c. 1. Men. de adipiscen. poss. rem. 5. quest. 10. Parlador. l. 2. rerum quotid. cap. fin. v. part. §. 12. n. Sigismond. Scacia tract. de appell. quest. 17. limit. 9. n. 34. qui licet dixerit, quod debent admitti in liquidatione omnes exceptiones admissibiles de iure communi, quae debent admitti in iudicio ordinario liquidationis, tamen debet

ojs

intelligi modo per nos scripto, prout & ipse se ita explicuit, & declaravit, ut sic procedendum sumariè, sine libelli obligatione, aut litis contestatione, cum sit pars executionis, tamen voluit dicere, ut omnes exceptiones, quae pertinent ad liquidationem, admittantur, scilicet, quae proveniunt de natura iudicii.

Et ad hujusmodi liquidationes faciendas tam reus, quam actor admittendus est; ultra aliquos ex supra dictis, probant Ruin. consil. 22. n. 9. vers. tertio, & Pandeur vol. 1. quem referens sequitur Petrus Sordus consil. 186. n. 24. ad fin. tom. 2. & executor ad liquidationes probandas terminum assignat de stylo Rotae, intra quem si non liquidatum fuerit, ad executionem procedere potest. Put. decis. 471. in fin. l. 2. Peregrin. decis. 18. l. 2. Put. decis. 12. de re iud. Socin. consil. 62. n. 3. l. 1. Acorambo decis. 8. Rota decis. 112. in fin. n. 2. divers. for. Marefc. var. resol. l. 2. c. 13. & c. 12. n. 20. & 32. & vide quae nos infra c. 13. ante fin. vers. unam tamen non omitam, & superius a n. 69.

Ex hac doctrina fluit, quod si executor admissibiles has exceptiones non admiserit, modum in liquidatione excedere dicitur, & ab hujusmodi admittendarum exceptionum rejectione, & ab admissione reiciendarum; tanquam ab excessu legitimam esse appellationem, probant gloss. in cap. ab executione, Cod. quorum appell. non recip. verb. excedat. Ruin. consil. 8. n. 2. vol. 5. Cardin. Tusch. pract. concl. tom. 1. lit. A. concl. 4010. & iterum sub concl. 1010. Veltrius in praxi. Roman. Cur. l. 7. c. 3. sub n. 9. vers. sed & inter alios fol. 196. & eodem l. 5. n. 9. Rebuff. in tract. de sententiarum execut. art. 7. gl. 12. n. 2. & in gl. 14. n. 9. Casar Contar. in repetit. l. unic. C. si de momen. poss. lim. 19. n. 6. qu. 24. n. 1. & 10. Capol. cautel. 44. per totam. Ducaes in reg. 41. limit. 1. Joan. Ferrar. in tract. de appell. cap. 5. n. 51. Marquell. de commiss. p. c. 24. n. 85. cas. Bar. in decis. Bonon. 55. Domin. n. 11. & per Berol. Lancelot. Rob. r. de attent. 2. p. c. 12. lim. 53. n. 28. Roland. a Valle consil. 43. n. 6. vol. 1. plurimos congestimus in c. 7. hac p. ubi exactissimè de hoc articulo, à prin.

Et insuper conducit, quod dicit Marefc. var. resol. l. 1. cap. 86. n. 9. & 10. quod iudex executor tenetur admittere omnes exceptiones relevantes, & proportionabiles iudicio executivo, & quae de iure communi processui executivo opponi possunt, & si contra exequeretur, signatura denuo transferret executionem cum appellatione, ita declarasse Rotam testatur ibi ipse Marefcot.

Ex quo inferri potest, quod si caprarius, tutor, aut administrator, fuerit ad restitutionem ovium aut vaccarum condemnatus, & in executione opponat, tertiam, vel quartam earum partem naturaliter periisse, quia talis condemnatus audiri debet, etiam si simpliciter probaverit earum mortem, licet absque ejus culpa obiiisse, non probet, ff. in l. quod te mihi n. 11. ff. si certum petatur. Escob. in tr. de ratiociniis c. 18. n. 32. ubi probat quod caprarius, qui certam mercedem recipit pro custodia, non admittatur ad simplicem probationem; sed tenetur simul verificare, obiiisse absque ejus culpa; in tutore autem, vel alio administratore, procedunt superius dicta, quia in eis haec ratio cessat, ut late per eundem Escob. videre poteris.

Quod & illud pertinet, quod si condemnatus ad rei fructuum restitutionem, opponat, se fructus aliquos non percepisse, admittenda erit exceptio; nam licet victus fuerit condemnatus in fructibus, & pro eisdem quoque in literis executorialibus monitus (cum tamen generaliter tantum) poterit nihilominus ipso in executionis articulo negare, fructus hujusmodi percepisse, si modò intra terminum executionis sibi datum, vel saltem antequam declaratoria sententia contra ipsum proferatur, hanc exceptionem alleget; audietur, elegans Rotae decisio 184. incipit sicut auditor. de sentent.



fent. & re judic. in novis, alias 183 fol. mibi 32 quam sequitur & de practica Romanæ Curie restatur Vestr. in praxi l. 8. fin. n. 17. vers. & licet fol. 155. in fin. & fol. seq. & cum Rota in decis. 5. in fin. alias 25. de restit. spoliar. in novis Nicol. Mill. in repert. verb. attentans, live pendente fol. 30. Achill. de Graff. in decis. 140. fructus perceptos in rub. de fructibus expens. & interesse, & Put. tenet Lancelot. Robert. de attent. 3. part. c. 3. 1. a n. 3. usque ad p. per quos dicit, quod si condemnatus etiam attentans probet, se non percepsisse fructus, sibi prodest ad hoc, ut contra eum non fiat executio; qui etiam n. 41. inquit, hoc esse regulariter verum, quod contra condemnatum in fructibus non fit exequendum mandatum, quando dat, & nominat alium, qui fructus percepit, ut per Crescentium decis. 92. Moheda. decis. 2. & decis. 10. restatur ipse Lancelot. ita decisum fuisse in Rota in una Illardenfi liquidario fructuum coram Caputaq. ut in recolletis per eundem decis. 227. incipit fructus 14. p. & ita etiam tenuisse Rot. in Pampil. priorat 26. April. 162. coram Domin. Ludovic. quam ad aliud propositum ad literam refert Nic. Garcia de benef. 6. p. c. 3. n. 13. prout dictum fuit in hac: Non constare sufficienti partitione brevis, quia clausula (parito) non solum importat dimissionem possessionis, sed & restitutionem fructuum, ut fuit resolutum in Pampilon. decis. 78. 28. Janua. 1577. coram Doctor. Blanch. in Hispalen. Benef. 24. Februar. 1584. coram Domino Decano, & coram eodem Ludovic. in causa Urgelen. juris optandi 10. Decemb. 1601. & de perceptione fructuum satis apparere, ex quo fuit in possessione, & non docet, se eos non percepsisse, nec ab alio fuisse percept. Cota. dec. 14. fuit dictum in una Copostella fructuum 9. Mart. 1590. coram Domino Plat. in Panormitana Archidiacona. 22. Maii 1592. & in consentina Parochia. 10. Dec. 1592. coram Domin. Pamp. & C. Hactenus de dicta decisione, & loquendo in spoliatore condemnato, latissimè comprobat videndus Matius Giurba decis. 39. per tot. Et his accedit dispositio text. optimi in l. Julian. 17. §. quod si dolo ff. de re vendit. quod dicitur, quod contra eum, qui rem evicit, rectè opponi potest exceptio illorum fructuum, quos aliquo tempore evicens percepit, aut rem possedit, ibi, sed & fructus ejus temporis, quo possessus est ab eo qui evicit, restituere non debet, & c. qui textus non est dubium, loqui de condemnatione facta, tum cum loquatur de præterito, ibi, evicit absq; N. & quia evictio non dicitur nisi post rem judicatam, juxta totum titulum, ubi plura jura, ff. de eviction. & quæ ibi tradunt communiter Doctores, & alibi de evictione tractantes, quod corroboratur ex l. 1. C. de re jud. ubi probantur, exceptionem (quod petis, intus habet) posse condemnatum opponere post sententiam adversus victorem, & post rem judicatam, ubi Doctores latè prosequuntur. Et pariformiter dicendum venit de condemnato generaliter ad fructus beneficii, & in executione opponit se illos in utilitatem beneficii convertisse, ut hæc exceptio debeat legitima reputari, secundum Vestr. in praxi Romanæ Curie l. 8. cap. fin. n. 17. fol. 158. ad fin. & seq. ex Rotæ decis. 184. alias 183. sicut auditor. de sentent. & re jud. in novis. Item etiam si condemnatus ad fructuum restitutionem, opponat de expensis in illis factis, legitima & admittenda exceptio erit per executorem, fructus enim in sententia intelliguntur deductis expensis, & oneribus pro illis; & illorum occasione factis. Ita Borgni. Cavalca, decis. 27. p. 2. n. 77. Rebuff. in consit. regal. tom. 3. tract. de fruct. art. 1. n. 30. fol. 893. Arism. Tapat. l. 1. tit. de fruct. rei litigiosa fin. fol. 344. Et comprobatur, quia lex statutum aut quælibet alia dispositio, loquendo de fructuum restitutione, intelligitur deductis expensis, & sumptibus factis, præsertim, in cultura, & colligendis ipsis fructibus, volunt gloss.

B. & Angel. in l. in fundo, ff. de vindic. gloss. in §. ex divers. vers. certe illud, & ibi Doctores insit. de rerum division. gloss. in in cap. cum antea verbo, fructus, & ibi 83 Brab. col. 2. pignor. Jacob. Arcin. Broi. & Alex. qui addacit concordantes, & alii recentiores in l. fructus per illum text. ff. soluto matrim. idem Bar. in l. cum quaritur, ff. de legat. 3. Specul. in tit. de expens. §. 1. vers. expensa igitur. Bal. & Salicet. in l. si quis sciens, Cod. de rei vind. ubi & hoc dicunt, procedere in mala fidei possessore, idem Bal. in l. 1. colum. 3. per illum text. & ibi Angel. C. de fructib. & litium expens. & in l. nec ad fin. Cod. de compensat. & in cap. cum. M. Ferrariv. colum. 2. vers. ibi proventus de consit. Rom. cons. 230. præsupponitur primò. Paul. Castr. consil. 239. super hoc facto colum. ult. l. 1. Francisc. Aret. consil. 17. considerat. col. 9. & post alios Felin. in c. ad nostram, c. 1. & 2. & ibi gl. per illum text. de jurejur. & probatur in l. si à domino vel à patre ult. de pet. hered. l. fundus qui dos ff. famil. heredis. text. in l. divot. §. impendia, ff. solut. matrim. ubi gl. & DD. & optimè lex, quia in fructibus, ff. de usuris, ubi in hac scribitur: quod in fructibus redigendis impensum est, non ambigitur, ipsos fructus diminuere debere, & c. & ibi quoque Angel. & per plures columnas latissimè, de hoc articulo, ad multos casus particulares inde inferens, omnino videndo prosequitur Ti. aq. de retract. lignag. §. 1. §. 1. per tot. ubi copiosissimè de materia deducendarum impensarum ex fructibus. An & quando in executione sententiæ, qua quis est 84 condemnatus ad rei, & fructuum restitutionem, possit executor expensas & melioramenta in re vel ad rem factas, cum fructibus computare, & compensare, & quomodo, vide latè Alvar. Vallas. de jure emphyt. q. 25. n. 16. Covar. l. 1. variar. resol. c. 8. n. 4. melius & latius nostras Joannes Garcia de expens. & melioram. c. 22. n. 54. Capiciv. decis. 93. n. 10. bene explicat Escob. de ratiocin. c. 16. n. 33. per tot. quem consule, & Joan. Garc. in re hac, vide Peregr. de fideicom. art. 50. per totam. Sed an executor excolat, taxando expensas execu- 85 tionis coram eo factas, an verò debeat remittere ad judicem superiorem mandantem, examinant Rebuff. in consit. regal. tom. 3. titul. de sent. exec. art. 7. §. 9. n. 16 fol. 221. Vestr. in praxi Romanæ Curie cap. fin. quod ego fcedere distinctionis componerem, ut mixtus executor, prout est, qui cognitionem habet, ad liquidandum, possit absque dubio illas taxare, quia cui committitur quod est plus, committitur etiam quod est minus. Merus autem, qui nihil decernit, nec jurisdictionem, aut cognitionem habet, sed omnia hæc geruntur à superiore, nec etiam taxare poterit hæc expensas coram se factas, & ita intelliguntur DD. ipsi. An & quando exceptio paupertatis excuset à solu- 86 tione fructuum, vide Covar. in pract. quest. q. 25. ante fin. vers. decimo tertio, alios citat Lancel. Robert. in tract. de attent. part. c. 31. Et cum de fructuum, damnorum, expensarum, & in- 87 teresse liquidatione, & excessu latè sumus loquuti, de pertinentiis autem pauca, & ea quidem obiter, operæ pretium duxi, illam ingentem absolvere difficultatem, quæ rei, de qua agimus pertinet; an scilicet de judicata lata super restituenda re, quia nihil de pertinentiis loquuta est, executor excedat, si condemnatum exequi velit in pertinentiis, appendicibus, & aliis rebus ipsi rei connexis. Quam priùs ut diluamus, utile quidem, & exone- 88 rosum erit (saltem remissivè) præmittere, quid quæque appellatione, & nomine pertinentiarum veniant, quarum in sententiis, statutis, legibus, & aliis quibulvis dispositionibus mentio quotidie solet fieri, de qua re quoniam plures plura dixere, ad illos cuncta dicentes me remittam, ut studiosus, quiquid sibi conveniat, eodem requirat. Et in primis jura sunt, & Doctores

Doctores communiter in illis, sic in l. quod in rerum. §. si quis post rest. ff. de leg. 1. l. prædiis §. qui domum, off. de leg. 3. l. questum est, §. si quis eodem, ff. de fundo instructo, & instrum. legat. omnes Canonistæ in c. cum ad sedem, de restit. spolia. præsertim Innocent. ibid. vers. & die quando pertinentiarum nomine, & c. Jo. Andr. vers. pertinentiarum autem nomine, & c. Ant. de Butr. vers. oppono. quod non proced. Ab. vers. sed nunc quero. Card. Ancara. & Imol. vers. item avertete. Collecta n. 9. Bal. consil. 468. vers. istis ergo vol. 5. Oldr. consil. 10. in prin. Specul. in tit. de religio. domi. vers. qualiter autem, & ibi Joan. Andr. in addit. Ab. consil. 62. vers. secundo principi- paliter. vol. 1. pract. Papien. in libel. actio realis, in verb. cum pertinentiis suis. Soc. in reg. 295. Decius consil. 166. vers. & sicut Domina Maria. Socin. Junior. consil. 160. n. 33. volum. 2. Cardin. consil. 47. vers. ad illud respon. dicens, pertinentiarum nomine omnia ea venire, quæ pleno jure pertinent. Calderic. consil. 6. de verb. signifi. Hostien. in d. cap. cum ad sedem, vers. verum amen si Ecclesia. Barba. consil. 57. vers. Ideo cum Innocent. vol. 4. Imola in l. 2. & ibi Alex. vers. circa istam questionem, ff. de acquir. r. ff. Alex. consil. 222. in fin. vol. 3. & consil. 14. vol. 7. Aret. consil. 15. Afflict. in tract. de capta. qui cur. vend. n. 8. in vsi. fens. Ill. in l. fin. vers. vide etiam, ff. de constitut. princ. Ruin. consil. 54. vol. 2. Mari. Soc. jun. consil. 160. n. 32. vol. 1. Corneus consil. 321. vers. pro decis. vol. 2. Paris. concl. suar. lib. 5. regul. 37. Boër. decis. 50. col. penult. Natta consil. 506. a n. 98. & sup. lib. 3. Roder. Xuar. alleg. 7. a n. 13. & supra. Cravata consil. 895. Roland. à Val. consil. 10. n. 34. lib. 3. Cepha. consil. 3. n. 42. lib. 1. Menochius consil. 578. a n. 29. & consil. 145. num. 24. Roderic. Xuar. alleg. 8. n. 14 & ibi ejus addit Baldez Matien. in l. 1. tit. 10. l. 5. recopul. gloss. 12. Greg. Lop. in l. 26. tit. 2. p. 3. gl. 1. & l. 9. tit. 4. p. 3. gloss. 5. Alvar. Vallasq. de jure emphyt. q. 51. n. 3. latissimè etiam per Cardin. Tufch. pract. com. litera P. concl. 323. per totam, (ubi se ipsam ad alios remittit.) Barlat. consil. 5. n. 7. 24. & 25. tom. 1. multa per Bertrach. in repet. verb. pertinentia, 4. part. Tiraq. in tract. de retr. lignag. §. 36. gl. 3. a n. 4. & idem in tract. de primogenitura q. 73. latè Ant. Gabr. l. 6. com. concl. tit. de verb. sign. concl. 102. per tot. Andr. Gaill. lib. 3. observ. 63. copiosè etiam & utiliter per Mantie. in tract. de contract. tom. 1. l. 4. tit. 14. à n. 52. fol. 201. exactè Menoch. in tract. de presumpcio. lib. 3. presump. 99. per tot. tom. 1. apud quos plenè, & usque ad refectionem, quid nomen pertinentiæ in se comprehendat, & multa de pertinentiis, & connexis, & eorum natura latè Mieres, de majoratu, l. p. q. 10. à n. 90. cum seqq. Quod attinet tamen ad nostram propositam quæ- 89 tionem, videtur dicendum executionem minimè excedere, si etiam sententiam super pertinentiis rei exequatur. Et movetur primò, quoniam pertinentiæ sunt appendices rei principalis, ut dicit Tiraquel. in tract. de retract. lignag. §. 36. gl. 3. n. 4. in princ. & dicuntur annexæ & connexæ rei ipsi, & ejusdem naturæ censerī, ita per l. que religio ff. de rei vindic. dicit Natta consil. 446. n. 1. Imol. in l. 3. circa finem princ. ff. de acquir. possess. Petr. Surd. in consil. 135. n. 4. & 5. tom. 1. & videtur rei principali servire, tanquam quid accessorium, Sylva, consil. 58. n. 7. Surd. ubi prox. n. 5. Rot. decis. 100. ex novem num. 10. part. 1. divers. Innocent. in cap. cum ad sedem n. 1. & 2. de restit. spolia. Gratian. discept. foren. n. 1. cap. 333. n. 12. Card. Mati. de contra. tom. 1. lib. 4. tit. 14. num. 33. post Ab. & Alexan. Cardin. Tufch. ubi proximè per multos numeros. Et faciunt, quoniam illa dicuntur de pertinentiis, 91 quæ lege, statuto, homine, aut consuetudine ad usum alicujus rei sunt destinata, cui ut accessoria accedant: Ita Innocent. in c. cum ad sedem, de rest. spolia. Bal. in rub. de judiciis num. 11. vers. quæro per. Socin. senior. consil. 47. n. 4. l. 1. Decius consil. 516. n. 23. Crav. consil. 234.

n. 2. vers. 2. Cardin. Mantie. tract. de ambig. conven. l. 4. tit. 14. n. 32. Sed dispositiones, quantumvis stricti sint juris, lo- 92 quentes de re principali, locum habent, & extenduntur ad connexa, & appendices ejus, text. est in l. Lucius, §. Paul. respondit, vers. nulla necessitate, & ibi valde notat Bal. ff. de admin. tuto. ubi promissio facta per fide- 93 jussionem (quæ est per stipulationem, & sic stricti juris secundum Niconi. mox citandum) de gestis in tutela per tutorem, extenditur ad gesta extra tutelam, quæ sunt connexa ratione tutelæ, sequitur Ill. in l. 1. §. 9. ra- 94 tionem in fin. de edendo, & post alios Francisc. Niconi. in repet. c. quoniam contra à n. 44. i. de probat. & pulchre faciunt quæ nos cap. 11. à n. 31. & ipse Niconi. citat. text. dicit singularem in l. cogendum §. fin. ff. de proc. quo dicitur, quod habens mandatam (quod est stricti juris) ad 95 actum extrajudicialem, intelligitur, illud habere mandatum occasione illius actus, ad agendum in judicio, & ita in proposito subtiliter notat Aretin. in l. Gall. §. & quod si tantum ff. de lib. & posthum. col. 3. in medio, vers. tertio modo, quia quæ non possunt, nisi connexè produ- 96 ci, non possunt nisi connexè tolli, l. tria prædia, ff. de servit. rustic. præd. Socin. in l. 1. col. 95. ad fin. vers. quarto moveor. n. 55. & col. 106. in fin. de vulgari & pupilla. Bal. in l. fin. c. penult. C. de inst. & substit. B. in pr. q. per eum disputata, inquit, Lucane civitatis statuto cavetur, col. 3. in prin. vers. decimo probatur. allegans l. 1. tit. 2. ff. de adimen. leg. l. per servum, §. 1. in fin. ff. de usu & habit. Ill. in l. quemadam ff. de acquir. poss. l. quod justit. col. 1. n. 12. alia allegans ff. de re jud. Bald. in l. si ita scriptum §. regul. per illum text. ff. de liber. & post. facit bona doctrina Imol. in c. num. M. Ferrar. de constit. col. 18. Facit etiam, quod licet dispensatio odiosa sit, & 97 propterea restringenda, text. in c. 1. in fin. de sil. presbyter. in 6. gl. in ordinarij c. de off. ordinarij in 6. (ex mox citandis) & tamen ubi sumus in ednexis, talis dispensa- 98 tio extenditur ad non expressa, gl. est quam ibi commendat nota Ab. n. 4. in cap. quia in tantum de præben- 99 dis verbo, plures, sequitur Ill. in l. 1. in prin. ff. de transf. Anton. in c. cum in cunctis col. 7. de elect. Ill. in l. 1. benefici- tium, col. 7. n. 44. ff. de constit. Principum. Soc. in rubr. ff. de lib. & post. n. 11. optimè gl. & ibi Butr. in c. quia justit, in præben. Marefcotus variar. resol. 242. c. 24. num. 6. Mando. in reg. 20. Cancellar. quest. 47. num. 3. Villalob. in summa 2. diffusil 44. n. 19. faciunt etiam quæ latè cumulavit Petrus Surd. decis. 122. a n. 8. cum 100 seqq. ibi de fidejussione, quæ licet sit stricti juris) ex- 99 tenditur ad accessoria, & ea omnia quæ adherent, & accedunt rei principali, plures Doctores allegant, & plurima fundamenta, exempla, & doctrinas, quæ hanc partem miro modo comprobant, & corroborant, vide latissimè per Aviles in cap. prætor. cap. 1. à num. 9. cum multis seqq. Et corroboratur hæc pars, quoniam procurator non 100 dicitur excedere fines mandati, apponens manus ad connexa mandata, ita consulit Paul. Castren. consil. 30. sequitur Ill. in l. 1. col. 1. post medium. C. de transactio. quos sequitur Francisc. Niconitius in repet. c. quoniam contra. de prob. n. 856. & eo etiam comprobatur, quia 101 transactio (quæ pariter est stricti juris facta super unâ re, ad aliam extenditur ratione connexitatis, per gl. notat, in cap. accusatus in vers. judican. de heretic. in 6. quam valde notat Paul. in l. si certa, C. de transact. Ancar. Imol. in l. qui Roma, §. duo fratres, de verbor. oblig. Ill. in l. si ex fals. n. 4. Cod. de transactioibus, & in l. move col. 9. num. 36. ff. de jurisd. omni. judic. & in l. si quis ex argentariis, §. rationes in fin. ff. de edendo, & in l. si unus, §. ante omnia in fin. ff. de pædis, & in l. tres, col. fin. ad fin. ff. de eo quod certo loco, latè Petrus Surd. consil. 265. a n. 17. & supra. à prin. tom. 2. His accedit, quod alicujus rei facta venditio exten- 102 ditur, & trahitur ad rem accessoriam & coherentem &